



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

XX. S. Anterus. Anno Christi 237. Maximini Imperatoris 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

XX.

S. ANTERUS.

ANNO CHRISTI 237.

MAXIMINI IMPERATORIS I.

ANTERUS Græcus Romuli filius, mortuo Pontiano, Ecclesiæ Romana administrationem suscepit. (1)

Bar. ad an. 237. §. 11. Neque enim credendum iis, qui ex subditiis Actis Divæ Ursulæ *Cyriacum* quendam Pontiano subrogant, & per annum Ecclesiam administrasse existimant. De eo siquidem neque Latini scriptores, summorum Pontificum seriem contextentes, meminere. (2) Anterus itaque in Pontiani locum anno 237. III. Nonas Decembris sublectus est. Is A-

Ad an. 238. §. 1. 2. Pag. 236. §. 2. *ta* martyrum, quæ à notariis excipi & scriptis fideliter mandari Clemens jussit, ab iisdem diligenter exquisivit, ac ne interirent, néve ab Ethnicis corrumperentur, in Ecclesiæ tabulario voluit reponi. Quamobrem à quodam Maximo Præfecto ad mortem datus est III. Nonas Janua-

nuarum

nuarii anni insequentis, cum vix *men-*
sem Pontificatûs explêsser.

ANNOTATIONES.

(1) Eusebius lib. 6. Hist. Eccl. cap. 29.

(2) Vide Launojum lib. 4. epist. 8. num.
26. & seqq.

XXI.

S. FABIANUS.
ANNO CHRISTI 238.

MAXIMINI IMPERATORIS 2.

FABIANO Fabii filio Romano Bar. ad.
XVII. Kal. Februarii anno 238 an. 238.
Pontificatûs honos mandatus est, 9. 6.
quod columba, symbolum videlicet Pag. an.
Spiritus Sancti, suspensis demissa le- 236. §. 4.
niter alis capiti ejus insedisset. (1)
Hic septem Notariis, quibus ab S.
Clemente fuerat imperatum, ut acta
martyrum conficerent, totidem Sub-
diaconos præfecit, ut quæ illi per
notas excepissent, clarè distinctéque
describenda curarent. Urbis regio-
nes distribuit septem Diaconis, qui
gererent curam pauperum, singulis
singulas binasve assignans. (2) Se-Bar. an.
prem enim sunt secundùm Ecclesia- an. 112.
Sardini Vitæ Pontif. E sticam §. 9.